



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CXII. Markgraf Ludwig der Römer erlaubt dem Kopkin Zabelsdorf, Bürger
in Prenzlau, den Hof Suckow auf der Insel Berkenwerder wieder
aufzubauen, am 27. Mai 1355.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

singulos iudeos inhabitatores dicte ciuitatis nostre Prentzflaw, Sic quod, dum primum a dilectis avunculis nostris comitibus de anhalt soluti et liberati fuerint, predicti consules se de eis intromittere debebunt, tam diu eos habendo omni iure et fructu, quibus eos habemus et tenemus, pacifice tenendo, donec ipsos pro centum marcis argenti Brandenburgensis et ponderis a prefatis consulibus redimemus. Volumus etiam perinde dictos iudeos defendere et tueri in ciuitate et extra, tamquam alios nostros iudeos ac si eos personaliter haberemus, harum serie litterarum. Presentibus Strenuis viris friderico de Lochen, grifekone, nostro marschalko, haffone de wedel de valkenburg et nycolaò valken de Lyeznitze, militibus etc. Datum Prentzflaw, anno LV^o, feria quarta post dominicam qua cantatur Reminiscere.

Nach dem Copialbuche des Markgr. Ludwig I., betr. die Vogteien Berlin etc. No. 52.

CXII. Markgraf Ludwig der Römer erlaubt dem Kopkin Zabelsdorf, Bürger in Prenzlau, den Hof Suckow auf der Insel Berkenwerder wieder aufzubauen, am 27. Mai 1355.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus Romanus etc. dedimus, damus presentibus et donamus Dilecto viro kopkino Zeabelstorph, Ciuitatis nostre prentzflaw ciui, fideli nostro dilecto, plenum mandatum, auctoritatem et potestatem reedificandi curiam dictam Szukow in insula Berkenwerder vulgariter nuncupata, prope vkram, pro suo et heredum suorum commodo et profectu sic quod nemo ipsum in reedificatione et structura ipsius et etiam eius possessione debeat uel audeat impedire. In cuius etc. Datum anno LV. Berlin, feria quarta infra festum pentecostes.

Nach dem Copialbuche Markgr. Ludwig I., betr. die Vogteien Berlin etc. No. 50.

CXIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Altar der heiligen Maria und Katherina in der Pfarrkirche St. Marien zu Prenzlau gewisse Hebungen aus dem Hufenzins der Stadt Jagow, am 15. September 1355.

Nouerint etc., quod nos Ludowicus Romanus etc. Ob honorem et Reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum et vt diuinus cultus magis et magis deinceps augeatur, dedimus, damus et sollempni donatione donamus iusto proprietatis titulo per presentes septem frusta annuorum Reddituum minus quinque solidis sita in censu manforum opidi nostri Jagow, que ad henninghum wolf et ad suos fratres filios quondam Gherikini wulf felicis recordationis haecenus pertinebant, ad altare gloriose virginis Marie et beate Katherinae